

Band VII., Nr. 2064, Seite 23-26

*Die Grafen Gottfried von Löwenstein und Hartmann von Grüningen
beurkunden ihre mit Elisabeth, der Witwe des Edlen Berthold von
Blankenstein, getroffene Übereinkunft, dass dieselbe über die Hälfte ihres
Güterbesitzes, abgesehen von der Vogtei zu Steinheim, frei verfügen dürfe,
worauf Elisabeth diese Hälfte dem Kloster Steinheim schenkt.*

Ohne Ortsangabe, 1269. April 25.

In nomine domini. Amen. Nos Gotefridus de Lewenstein et Hartmannus de Grüningen comites universis ac singulis, ad visum vel auditum quorum presens littera pervenerit^a, notitiam subscriptorum. Cum defuncto domino Bertholdo nobili de Blanchenstein inter nos ex una et Elyzabeth relictam eiusdem fidelem nostram ex altera parte materia questionis exorta^b fuisset super universis bonis eiusdem, nobis asserentibus dictam viduam utpote fidelem nostram sine liberis existentem nichil alienare posse de dictis bonis suis sine licentia nostra speciali, eadem^c vero e contra dicente, quod sibi sicut ceteris nostris fidelibus nobiles bona sua vendere donare aut quocumque titulo alienare liceret, ac super hoc aliquamdiu inter nos et eandem viduam controversia exstitisset, tandem compositio talis amicabiliter inter nos et ipsam intercessit, videlicet quod eadem relicta medietate omnium bonorum suorum predictorum, advocatia dumtaxat in Steinheim excepta nobis equaliter divisa et assignata, de residua medietate sibi remanente, que specificata est prout infra patebit, libere ac absolute non habito aliquo respectu ad nos ordinare valeat et disponere, quidquid sibi videbitur expedire, et quod nos proprio ac domini Waltheri Hakonis senioris, Wolframmi prefecti de Grüningen, Chunonis de Mülhusen^d filii Liuthardi, Rüggeri de Austria¹ et Chünradi de Müninchein militum iuramento firmaremus, ordinationem ac dispositionem huiusmodi nos ratam et gratam habituros, ipsam pro totis viribus quocumque requisiti fuerimus manutinentes ac contra quaslibet invasiones quorumlibet defensantes, includentes nichilominus dicto iuramento, quod nec nos

^aA': *pervenerit*

^bA': *exorta*

^cA': *eadem*

^dA': *Mulhusen.*

¹Wohl identisch mit dem 1294 und 1295 (Urkunden Nr. 4530, WUB, Bd. X, S. 245- 246 und Nr. 4766, Bd. X, S. 424) genannten Rugger von Gruibingen, dessen Verwandter Hugo an denselben Stellen de Austria und von Osterreich heißt. Ein Zusammenhang mit einem Gehölz Hohen-Österreich, das 1543 in einer Großkomburger Urkunde eines Hans Schmid zu Untermünkheim erwähnt wird, besteht nicht.

II

nec successores nostri nec aliqui alii sub nomine nostro aut velamine munitio-
nem aliquam in monte castris destructi aut in ipsa villa Steinhein vel in toto
territorio ipsius ville erigamus aut alios erigere permittamus. Insuper nostri
ministeriales iam dicti ad maiorem confirmationem ratihabitionis ac defen-
sionis huiusmodi nobiscum iurarunt, quod si nos instinctu dyabolice fraudis
quod absit contra premissa venire quoquo modo attemptaverimus, ipsi pro
totis viribus in contrarium laborabunt et ad hec nos tamquam periuri et infa-
mes ad omnes actus legitimos de cetero inhabiles efficiamur. Nos igitur omni
iuri et actioni nobis aut heredibus nostris competentibus aut competituris in
dicta bonorum medietate relicte prefate contingente ac aliis bonis omnibus,
que eadem vidua monasterio in Steinhein seu in ipsa fundatione seu alias
contulit, renuntiantes dedimus eidem liberam facultatem alienandi quocum-
que titulo voluerit portionem suam prefatam, hoc salvo quod ipsa memora-
tam advocatiam alienare non debet in preiudicium nostrum vendendo aut^e
alienando eam quomodolibet aliter alicui comitum, per quem nos aut succes-
sores nostri gravari possimus aut offendi. Quibus omnibus per sollempnem
stipulationem a nobis sepefate vidue compromissis ac nostris et predictorum
ministerialium nostrorum iuramentis confirmatis, prout premissum est, ipsa
in continenti partem suam donavit totaliter monasterio sororum in Steinhein
ordinis Predicatorum Spyrensis dyocesis ac personaliter in ipso altari nobis
presentibus ac consentientibus assignavit transferens in idem monasterium
bonorum eorundem dominium pleno iure. Sunt autem bona ista, que sepe-
fate vidue pro sua parte cesserunt in divisione predicta et que eadem dicto
monasterio contulit, videlicet curia in novo castro cum omni continentia et
iure suo, curia marchionis² cum omni continentia et iure suo excepta silva,
que dicitur Ertbrehtesbühel, insuper omnia bona, que memorata vidua habet
et habere dinoscitur in ipsa villa Steinhein, item Cheisershalde, item Diethel-
meshalde, Rûzinunhalde, Berwigheshalde, Kugelæreshalde, item in Murre duo
iugera vinearum, item in superiori Botbor quatuor iugera vinearum, item
piscaria usque ad molendinum, quod dicitur Walkmûl, item omnes homines
pertinentes ad ecclesiam ipsam in Steinhein. Ne vero monasterio eidem super
premissis aut aliquo premissorum possit in posterum a nobis aut successoribus
nostris seu^f quibuscumque aliis litis aut calumpnie materia suboriri, nos
eidem presentem litteram in evidentiam et testimonium predictorum contu-
limus, venerabilis domini Heinrichi Spyrensis episcopi ac nostrorum, Ulrichi de

^eA' hat ein doppeltes *aut*, das eine am Schlusse einer, das andere am Beginn der fol-
genden Zeile.

^fA': *vel*; das Wort war vom Schreiber weggelassen und ist in Form einer Abkürzung l' in die Zeile hineingeschrieben.

²D.h. der Markgraf von Baden, vgl. z.B. WUB, Bd. V, S. 128.

III

Wirtenberch et Ulrici de Asperch comitum et Heinrici de Nyffen, Erchengeri^g de Magenhein³, Waltheri Hakonis de Welzsteine, Alberti de Ebersberch, Swikeri de Blanchensteine et Chunradi de Hæhenriet^{h4} nobilium et domini Engelhardi de Winsberch sigillorum munimine ac testium infra positorum subscriptionibus roboratam. Sunt autem testes isti, videlicet: comes Otto de Brandenburch, Swikerus iunior de Blanchenstein, Berhtoldus de Mülhusen, Albertus Hako iunior nobiles, Engelhardus de Winsberchⁱ iunior, Wolframus de Ræmsa,^j Egeno de Stouffin,^k Liuthardus de Mülhusen, Reinhardus et Chunradus de Brye, Aeppelinus^l de Talhein, Chu[n]radus de Grüningen et Otto frater eiusdem, Egilwardus de Wolfelden milites, Albertus scriba de Grüningen rector ipsius ecclesie. Nos vero H(einricus) dei gratia episcopus Spyrensis, comites, nobiles ac ministeriales predicti confitemur in hiis scriptis nostra sigilla ad petitionem dictorum de Lewenstein et de Grüningen comitum presentibus appendisse. Nos itaque testes predicti similiter confitemur, nos presentibus interfuisse ac ea vidisse pariter et audisse.

Datum et actum anno domini MCCLXIX., VII. kalendas Maii.

—

Die Urkunde ist in zwei Exemplaren vorhanden, die offenbar von derselben Hand (wohl des am Schluss der Zeugenreihe genannten *Albertus scriba*) geschrieben sind. Sie unterscheiden sich durch verschiedene Länge der Zeilen und teilweise verschiedene Schreibung der Namen; die Abweichungen des Duplikats (A) sind in den Anmerkungen angegeben.

An vorzugsweise weißen und roten, aber auch grünen, gelben, lilla gemischten Leinen- und Seidenfäden – es ist dies auch bei den denselben Personen angehörigen Siegeln der beiden Urkunden verschieden gehalten – hingen zwölf Siegel an, von denen nur wenige fehlen; vorhanden sind noch die Siegel: 1) Das spitzovale Siegel des Bischofs Heinrich von Speyer, vgl. die Siegelbeschreibungen zu Urkunde Nr. 1638 (WUB, Bd. VI, S. 37) und zu Urkunde Nr. 1658 (WUB, Bd. VI, S. 61). 2) Das Siegel des Grafen Gottfried von Löwenstein, an der Urkunde von 1275 Okt.

^gA': *Erkengeri.*

^hA': *Cuonradi de Hehenriet.*

ⁱA': *Winsberc.*

^jA': *Remsa.*

^kA': *Stoufen.*

^lA': *Appelinus.*

³Schloß in Magenheim, Cleebronn, HN und Obermagenheim, Cleebronn, HN.

⁴Oberheinriet./FNT

gt;
Neckarrems.

IV

29 besser erhalten und dort beschrieben. 3) Das schildförmige Siegel des Grafen Hartmann von Grüningen, 40, 35 mm, (IV. A. 1): Drei Hirschstangen, quer links hin übereinander, die oberste mit fünf, die zwei unteren mit vier Enden; Umschrift: + *Sigillum*. HAR . . . NNI . COM . . . DE . GRVNIGEN.

4) Das runde Siegel des Grafen Ulrich von Württemberg, 60 mm, (IV. A. 2): In einem damazierten Schild drei Hirschstangen mit je vier Enden, quer linkshin übereinander; Umschrift: + *Sigillum*. VLRICI . COMITIS . DE . WIRTENBERC, vgl. die Abb. bei OTTO VON ALBERTI: Württembergisches Adels- und Wappenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, Tafel II, Nr. 5. 5) Das Siegel des Pfalzgrafen Ulrich von Tübingen-Asperg, vgl. die Beschreibung in WUB, Bd. V, S. 334. 6) Das runde Siegel des Heinrich von Neifen, 58 mm, (IV. B. 1.): Auf einem Topfhelm zwei zugewandte Hifthörner mit Band, zwischen den Mundstücken der Hörner als Beizeichen ein Stern, Umschrift: * SIGILLVM . HEINRICI . DE . NIFEN. 8) Das runde Siegel des Walter Hack von Wöllstein, 45 mm, (IV. B. 2.): In einem dreieckigen Schild drei (2, 1 gestellte) Ballen; Umschrift: + S . WALTHERI . HAGONIS . DomiNi . De . LVTERBVRC. 12) Gemeinsames Siegel der Gebrüder Engelhard und Konrad von Weinsberg, rund, 68 mm, (IV. C.): in einem geneigten Schilde drei (2, 1 gestellte) Schildlein, auf dem linken Obereck ein Topfhelm mit zwei Schirmbrettern, die je mit acht Lindenzweigen besteckt sind; Umschrift: + S . ENGILHARDI . ET . CONRADI . FRATRVM . DE . WINSBERC.

Dagegen fehlen an beiden Exemplaren die Siegel 7: Erkingers von Magenheim, 9: Alberts von Ebersberg, 10: Schwiggers von Blankenstein, 11: Konrads von Heinriet; am zweiten Exemplar fehlt außerdem auch das dritte Siegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 524 U 93 und U 94

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 2, S. 378. Petrus: Suevia ecclesiastica, 759 (nach Besold). Scholl: Geschichte Steinheim an der Murr, S. 9 ff. (Auszug, und zur alten und neuen Burg bei Steinheim).

Regesten:

Württembergische Jahrbücher (1826), S. 80.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Asperg Wohnplatz (878)

Asperg, LB

Brandenburg Wohnplatz (16745)

Brandenburg, Dietenheim, UL

Brie (Brie-Altenburg) Aufgegangen (21492)

Brie (Brie-Altenburg), Stuttgart, S, A

Dapfen : Gomadingen RT

Dapfen Wohnplatz (15849)

Ebersberg Wohnplatz (1296)

Ebersberg, Auenwald, WN
Gruibingen Wohnplatz (745)
Gruibingen, GP
Grünigen Wohnplatz (17484)
Grünigen, Riedlingen, BC
Hohenstaufen (Burg) Wüstung (21669)
Hohenstaufen (Burg), Göppingen, GP, W
Löwenstein Wohnplatz (2065)
Löwenstein, HN
Magenheim : Cleebronn HN
Magenheim Wohnplatz (1899)
Magenheim, Cleebronn, HN
Murr Wohnplatz (1069)
Murr, LB
Mühlhausen Wohnplatz (36)
Mühlhausen, Stuttgart, S
Neckarrems Wohnplatz (1199)
Neckarrems, Remseck am Neckar, LB
Oberheinriet Wohnplatz (2221)
Oberheinriet, Untergruppenbach, HN
Obermünkheim Wohnplatz (3449)
Obermünkheim, Untermünkheim, SHA
Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)
Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES
Schloß Ebersberg, Auenwald, WN
Speyer, SP
Steinheim an der Murr Wohnplatz (1102)
Steinheim an der Murr, LB
Talheim Wohnplatz (2214)

VII

Talheim, HN
Untermünkheim Wohnplatz (3454)
Untermünkheim, SHA
Weinsberg Wohnplatz (2238)
Weinsberg, HN
Wolfsölden Wohnplatz (875)
Wolfsölden, Affalterbach, LB
Wöllstein Wohnplatz (4241)
Wöllstein, Abtsgmünd, AA
Österreich